ac admoneret ut ad se mitterent prima nobilitatis atq; spectata indolis adolescentes, quos filiorum loco acciperet Sedes Ap.ca ac nutriret principali munificentia, et cultu; curaret vero bonis et pietate christiana erudiri, ut sine animum adjicerent ad Ecclesiasticum statum capessendum, illos poner Episcopatibus, Abbatijs, dignitatibus Ecclesiasticis pro eorum merito honestare, sicu secularis ipsi vita arriderent eos semper omni liberalitate, et benignitate prosequeretur, ac ut peculiares Sedis Aplicae filios complecteretur et foveret.

Sit semper apud imperatorem Legatus Sedis Aplicae magna fidei, virtutis, ac sapientiae vir, et ab omni specie avaritiae alienissimus, qui amplissima quidem accipiat a Se: Ap.ca auctoritatem, a compositionibus tamen, et id genus exactionibus abstineat. Constet autem evidenter nihil prorsus a Legato, nil pro Legato exigi, nihil pro sigillis, nil pro alis quospiam ~~nomine~~ iure, quam pro eorum labore ac industria, qui litteras, ac diplomata

expedient

expedient, et id quidem moderate. Legati vero munus in eo versabitur, ut humanitatis, ac benignitatis Aplicae quam per huius congregationis institutionem ecclesia repraesentat summus Pont. specimen edat in Germania contineat in officio caeb.tos haereticarum compescat, religiosos haereticos omni consilio industria, opera ad gremium Ec.ae Romanae contendat adducere. Legatos vero etiam si ad Imperatorem diligatur, Principes tamen catholicos tum Ecclesiasticos, tum saeculares, atq; episcopos invisset et confirmabit.

Legatus item suus in Poloniam ad Regem mittatur, in Flandriam item, et Anglian, si verum anglicanum status id patiatur, de quibus similiter atq; de superiori dicendum videtur.

Curet exploratum habere congregatis statum ac momenta consiliorum, negotiorum, ac rerum, quae in Germania tum apud Cath.cos geruntur, tum apud haereticos. Hinc enim poterit commodius, et opportunius pro rerum articulis saluti Germaniae consuli, ac provideri.